

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 54 (1899)

Artikel: Urkunde zur Pfarrgeschichte von Romoos (1438)

Autor: Brandstetter, Josef Leopold

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-115494>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 18.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

III.

Urkunde zur Pfarrgeschichte von Romoos.

1438. 27. Juni.

In nomine domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo octavo, indictione prima, pontificatus sanctissimi in Christo | patris et domini nostri, domini Eugenii divina providentia pape quarti, mensis junii die vicesima septima hora primarum vel quasi in loco seu in sala | domus habitationis egregii et religiosi viri domini Johannis Sweyger decretorum doctoris, commissarii et iudicis a venerabili et egregio viro domino | vicario domini nostri Constantiensis in spiritualibus generali specialiter deputati in causa controversie iurium ecclesie Romos Constantiensis dyocesis, reddituumque et debitorum | inter discretum virum dominum Heinricum Hertschlegel presbiterum ejusdem ecclesie rectorem actorem ex una et parochianos ejusdem reos partibus ex altera | prout ex una littera commissionis sigillata sana integra non viciata omni prorsus suspicione carente dicti domini vicarii liquet, cuius tenorem | integrum presenti instrumento inserere minus foret longum, quantum tamen ad ejus principium medium et finem infra describitur, coram quo domino judice | in forma tribunalis ad jura reddendum sedente in testium meique notarii publici subscriptorum ad hoc vocatorum es rogatorum presencia Ulino Schultheis | procuratore et procuratorio nomine dictorum parochianorum et domino Heinrico Hertschegel partibus prefatis vocatis et comparentibus ac cum instancia | diffinitivam sententiam in premissis pronunciari postulantibus a iudice predicto. Ad hujus igitur precum et requisitionem instantiam prelibatus dominus iudex | diffinitivam sententiam dedit legit et pronunciat partibus pretactis hujus sub tenore, qui sequitur: In nomine

domini amen. Johannes Sweyger | decretorum doctor prepositus monasterii Lucernensis, Constantiensis dyocesis subscriptorum noticiam cunctis ipsam intuentibus seu audientibus cum salute. | A venerabili viro domino vicario domini nostri Constantiensi in spiritualibus generali index et commissarius ad infrascripta specialiter deputatus in causa | litis seu controversie coram nobis mota ex parte certorum reddituum proventuum ac jurium ad rectorem nostre ecclesie [Romos] pertinentium per discretum | virum dominum Heinricum Hertschlegel ejusdem ecclesie rectorem actorem ex una et Vlinum Schultheiss procuratorem et procurtorio nomine omnium | singulorum ejusdem ecclesie parochianorum reum partibus ex altera super eo quodipse actor per nos peciit sibi de redditibus proventibus aliisque | iuribus ad eum pertinentibus ex parte ejusdem ecclesie sibi adjudicari et ad dandum adjudicata compelli. Nos itaque secundum tenorem commissioniss | procedere volentes lite partium pretectarum coram nobis vocatarum litteris (?) contestata visisque et auditis partibus tam propriis quam testibus et earum | attestationibus litteris libris aliisque munimentis iuris ordine servando servato, partibus pretactis coram nobis vocatis et comparentibus, solum | deum pre oculis habentes in sala nostra nostre habitationis Lucernensis pro tribunali sedentes ipsis partibus in nostram sententiam diffinitivam cum instantia po | stulantibus sententialiter et diffinite eandem ferimus et decernimus in hiis scriptis auctoritate premissa in hac parte nobis concessa et | primo dominum Heinricum Hertschlegel pretactum in ecclesia Romos per se vel per alium ab ordinario admissum ibidem residere et subditis | et parochianis ejusdem ecclesie providere ut pastorem bonum decernimus ipsique parochiani rectorem prefatum casu quo personalem fecerit | residentiam in predicta ecclesia Romos occasione hujus dissensionis et controversie minime molestent et perturbent neque pertu[r]bari | procurent sub pena centum florenorum dominis Lucernensibus solvendorum. Nec econtra ipse rector eos molestet etiam sub pena centum florenorum domino | episcopo Constantiensi solvendorum. Decernimus insuper unumquemque subditorum dicte

ecclesie rectori ejusdem incessu seraciorum et omnium sibi obligatorum seracia | bona, quorum unum extenditur ad valorem tredecim plaphardorum solvere vel saltem loci seracii tredecim plaphardos monete tunc currentis | et ovem in valore quatuordecim plaphardorum vel loco ovis quatuordecim plaphardos monete tunc usualis solvere decernimus, hoc | addito moderamine, si valor seracii vel ovis temporibus futuris accreverit vel decreverit tunc partes in arbitrio bonorum virorum | quos eligere debent, discordiam si qua orta fuerit super eandem accrescentiam vel decrescentiam moderando. Et quilibet partium debet duos | arbitros eligere et quocunque per arbitros istos super hoc decretum fuerit, partes debent constanter servare. Et si sic electe partes concordare | negant, tunc hii quatuor debent eligere quintum, hii tunc diffinire debent et sedare discordiam ac illorum diffinitioni partes stare | debent. Sed de iuribus rectoris pretacti ipsi parochiani sine expresso consensu ipsius et hoc in quibus consentire debet, nec quicquam | intromittant reddituum quoque et incessuum mortariorum ac anniversariorum a partibus fiat plena computatio, qua facta rectori et parochianis ad | verse satisfieri decernimus de expensis ab utrisque partibus factis ambo partes supercrescentes fructus et mortuarium quod superest, de | anno absentie dicti rectoris ad summam viginti septem florenorum in anno se extendunt, recipient et inter rectorem et se equaliter dividant | ita quod rectori medietas cedat, altera(?) vero medietas parochianis, exceptis fructibus, qui inofficianti ecclesiam per medium annum cedant. | Reliquas vero expensas hinc inde factas per partes invicem compenssent, et iura sive debita rectoris pretacti, si subditi sibi usurpaverint, | eidem sine diminutione restituant, spicarium fore possidentis decernimus. Volumus quoque hanc nostram diffinitionem servandam debere a partibus, | ut si aliqua partium pretectarum contra eandem facto vel verbo venerit seu rebellaverit, in toto vel in parte pro pena solvat triginta florenos | ita quod rector prefatus delinquens domino Constantiensi triginta, scilicet parochiani delinquentes dominis Lucernensibus triginta persolvant, secundum pro hujus firmiter servare | fidem

prestiterint. Lata et lecta est hec nostra sententia diffinitiva in sala domus nostre habitationis Lucerie anno domini millesimo quadringentesimo | tricesimo octavo vicesima quarta die mensis iunii. Et ut super acta et gesta premissa prelibatus dominus iudex notarius una cum prenotatis partibus | me notarium subscripsum requisivit, ut de ipsis unum vel plura conficerem instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec anno domini indicatione pontificatu mense | die hora et loco quibus supra presentibus honorabilibus et religiosis viris domino Johanne Syttinger et domino Wernhero Goldschmid conventionalibus | dicti monasterii Lucernensis presentibus ad premissa vocatis et rogatis. Et in evidentiam majorem premissorum pretactus dominus prepositus sigillum | quo utitur presentibus subappendi fecit. Sequitur commissionis pretacte Vicarius reverendi in Christo patris et domini domini Heinrici dei et apostolice | sedis gratia episcopi Constantiensis in spiritualibus generalis, venerabili et religioso domino preposito monasterii Lucernensis ordiris sancti Benedicti Constantiensis dyocesis | salutem in domino et debitam adhibere in commissis diligentiam, fidem graui querela (?) patroni et subditorum ecclesie parochialis | in Romos intellecto quod quidam Heinricus Hertschlegel etc. medium vero ejusdem commissionis. Nos pocius de materia qua de rigore | rationem reddere volentes ipsas partes super hujus earum questionis materia concordavimus et in unum redegimus in modum subnotatum primo videlicet | quod ipse dominus Heinricus dicte ecclesie, cuius tunc rector existit, providere debet per se vel alium ydoneum per nos admissum incipiendo in festo sancti | Jacobi etc. finis vero commissionis. Datum Constantie anno domini millesimo CCCCXXXVIII mensis iunii die nona, indicatione prima sub dicti | nostri vicariatus officii sigilli appensione. |

Et ego Johannes Ernst Spirensis dyocesis arcium liberalium magister auctoritate imperiali notarius iuratus, quia | premissis sententie diffinitae pronunciationi, lationi et lectioni singulisque prescriptis, sicut premitti fierent et agerentur, unacum prenotatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc presens publicum instrumentum exinde | confeci manu pro-

pria scripsi me subscribens hic in hanc publicam redigi, signo-
que et nomine meo solitis | et consuetis signavi in fidem et
testimonium omnium premissorum rogatus et requisitus.

Das Notariatszeichen des Johannes Ernst mit seinem Namen steht neben dieser Unterschrift. Das Siegel fehlt. Die schlecht lesbare Urkunde diente als Umschlag um Papierakten und ist in den Falten beschädigt. Diese Urkunde, durch die ein Streit zwischen dem Pfarrherrn von Romoos und den Pfarrangehörigen über die Einkünfte des Pfarrers erledigt wird, ist interessant für die damaligen Preise. Um 1425 war ein Gulden rheinisch = 24 Plaphart und sein Wert war an Silbergehalt = 4,2 Fr. Daher ein Plaphart = 17,5 Cts. 1 Schaf galt 14 Plaphart = 2 Fr. 24. Cts. 1 Käs galt 13 Plappart = 2 Fr. 27 Cts.

Um 100 Gulden konnte man circa 170 Schafe kaufen. Eine Conventionalstrafe von 100 Gulden, die auf Verletzung des Entscheides gesetzt war, ist nach heutigen Begriffen eine enorm grosse.

